UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

8. Pœnitentia publica, publicè peccantibus iniungenda, nisi Episcopi arbitrio aliter fuerit visum. Pœnitentarij in singulis Cathedralibus instituendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

Visual Library

communes q.82. num.67. Sanch. *d. cap.11. num.7.* Fernandez *d.p.3. cap.8.* §.11. *num.1.* Anton. Ricciul. *d. cap.14. num.17.*

Contra Sot. *in 4. diſt.22. quæſt.2. artic.2. poſt concluſ.5. in primo caſu Cœnæ, in fine,* Cordub. *d. quæſt.8. in fine,* Zerol *in praxi Epiſcop. p.1. verb. abſolutio* §.5. *& part.2. eod. verb.* §.4. Molſeſ. *in ſum. Theolog. moral. tract.7. cap.21. num.62.* Filliuc. *in quæſt. moral. tom.1. tract.8. cap.10. quæſt.9. num.265.* Stephan. Fagundez *d. præc.2. lib.8. c.8. num.38.* Leo *de Iubil. p.2. num.41.* Greg. Polach *in Bull. Vrbani VIII. ſect.42. numer.61.* Sanctarel. *de Iubil. cap.7. dub.3.* Boſſi *eod. tract. ſect.1. caſu 8. num.2. & 3.* exiſtimantes ſufficere ſi in Bulla Cruciatæ, aut Iubilei concedatur quòd poſſit abſolui à caſibus in Bulla Cœnæ comprehenſis.

54. Vtrùm autem ſicut per Bullam in Cœna Domini derogatum eſt huic cap. in ea parte, in qua concedit Epiſcopis facultatem abſoluendi ab hæreſi occulta, ita ſit derogatum in illa parte in qua concedit eiſdem poteſtatem diſpenſandi in irregularitate ex eadem occulta hæreſi prouueniente? Affirmant per text. *in cap. cùm illorum 32.* §. *primos, de ſentent. excomm.* Soar. *tom.5. de cenſur. diſp.43. ſect.1. num.15.* Anton. Ricciul. *d. lib.5. cap.16. num.5.* vbi *num.8.* cum Maiol. Nauarr. Soar. Sanchez, & alijs extendit hanc affirmatiuam ſententiam, vt multò magis procedat ſi agatur de diſpenſatione quoad vſum Sacerdotij in Altaris miniſterio, nam cùm hæc ſit res grauiſſima, Pontifici reſeruari atteſtatur.

Negant Vgolin. *de irregularit. cap.36. in princip. numer.5.* Henriquez *in ſumma lib.14. cap.5.* §.2. Viualdus *in candelabro aureo, part.2. de irregularitate, num.70. & 89. in 2. editione.* Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.1. lib.2. c.25. nu.17.* D. Felician. de Vega *ad cap. at ſi clerici,* §. *de adulterijs, numer.178.*

γ Non eorum Vicarijs.] Vide Fr. Emmanuel *in explicat. Bullæ Cruciatæ, fol.116. & in addit. part.2. fol.124.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verb. Vicarius, verſic. primum dubium, & p.2. verb. hæretici, verſ.4.* Sanchez *de matrimon. lib.2. diſput.40. num.17. & in præcepta Decalogi, tom.1. lib.2. cap.11. num.22. cum ſeqq.* Gutierez *de matrimon. cap.49. num.18. & 22.* Narbona *l.59. gloſſ.1. num.57. tit.4. lib.2. Recopilat.* Stephan. de Aluin *d. cap.28. verſic. ad tertiam quæſt. fol.178. verſo,* vbi intelligit de Vicarijs generalibus. 55.

Vicario poteſtatem datam videri in præſenti, ſi hic excluſus non eſſet, aſſerunt Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.83. num.12.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapolit. deciſ.13. num.8. & 9. part.2.* Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. ordinarij in exemptos, p.1. quæſt.1. numer.10.* Gutierez *de matrimon. cap.56. num.11.* Narbona *de appellat. à vicario ad Epiſcopum, p.1. num.153.* 56.

Sacramenta adminiſtrentur, eorumque vis frequenter explicetur lingua vernacula, Miſsæ quoque myſterium populo diligenter inculcetur explicatione eius, quod agitur.

CAPVT VII.

1 *Parochi vim & vſum Sacramentorum plebibus ſuis pro ſuſcipientium captu explicare debent.*

2 *Parochi debent plebibus ſuis inter Miſſarum ſolemnia frequenter, maximè diebus feſtiuis exponere ea, quæ in Miſſa leguntur.*

3 *Parochus feſtis diebus inter Miſſarum ſolemnia concionem ad populum habere debet.*

VT fidelis populus ad ſuſcipienda Sacramenta maiori cum reuerentia, atque animi deuotione accedat: præcipit ſancta Synodus Epiſcopis omnibus, vt non ſolùm, cùm hæc per ſe ipſos erunt populo adminiſtranda, prius illorum vim & vſum pro ſuſcipientium captu explicent, ſed etiam idem à ſingulis Parochijs piè, prudenterque etiam lingua vernacula, ſi opus ſit, & commodè fieri poterit, ſeruari ſtudiant, iuxta formam à ſancta Synodo in Catecheſi, ſingulis Sacramentis præſcribendā, quam Epiſcopi, in vulgarem linguam fideliter verti, atque à Parochis omnibus populo exponi curabunt: *α necnon vt*[a] *inter Miſſarum ſolemnia,* aut diuinorum celebrationem ſacra eloquia, & ſalutis monita eadem vernacula lingua ſingulis diebus feſtiuis, vel ſolemnibus explanent, eademque in omnium cordibus, poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus, inſerere, atque eos in lege Domini erudire ſtudeant.

a Suprà ſeſſ. 21. de ſacrif. Miſſ. c.8.

1. PArochos Sacramentorum vim, & vſum plebibus ſuis pro ſuſcipientium captu explicare debere diximus *in tract. de officio, & poteſt. Parochi c.17. num.1.* Ioan. Sanci. *in ſelectis diſp.47. num.11.*

2. *α Necnon vt inter Miſſarum ſolemnia,* &c.] Parochos debere plebibus ſibi commiſſis inter Miſſarum celebrationem frequēter, maximè diebus feſtiuis, exponere ea, quæ in Miſſa leguntur, atque inter cętera ſanctiſſimi Sacrificij myſterium aliquod declarare, & inſuper vim, atq; vſum Sacramentorum iuxta formam Catechiſmi Romani etiam lingua vernacula explanare, meminimus *d. tract. de officio, & poteſt. Parochi cap.16. num.1.*

3. Et quod Parochus feſtis diebus inter Miſſarum ſolēnia concionem ad populum habere debeat, tradunt Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.16.* §.3. *numer.1. & 2.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.2. cap.3. num.16.* Fr. Ioan. Gonzal. *en el trattado del perfetto Chriſtiano fol.19. verſo,* vbi meminit huius cap. latè Theopyl. *Parochor. par.1. art.3. cum ſeqq.* Et vide citatos ſuprà *hac eadem ſeſſ. cap.4. ſuper verb. idem etiam ſaltem Dominicis.*

Pœnitentia publica, publicè peccantibus iniungenda, niſi Epiſcopi arbitrio aliter fuerint viſum. Pœnitentiarij in ſingulis Cathedralibus inſtituendi.

CAPVT VIII.

1 *Pęnitentia publica publicè peccantibus iniungenda eſt.*

2 *Ordinari poteſt quis poſt publicam pęnitentiam peractam.*

3 *Pęnitentiarius in omnibus Eccleſijs Cathedralibus, vbi id commodè fieri poteſt, inſtituendus.*

4 *Pęnitentiarij inſtitutio in Cathedralibus tantùm facienda.*

5 *Pręběnda officio pęnitentiarij vnienda debet eſſe integra & Canonicalis.*

6 *Portio, quæ ſit in Eccleſia, in præbendam pęnitentialem erigi non poteſt.*

7 *Canoni-*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

7 *Canonicatum, & præbendam vacantem in menſe Sedi Apoſtolicæ reſeruato non comprehendit vnio facta vigore Concilij officio Penitentiarij de præbenda proximè vacatura.*

8 *Penitentiario primam præbendam aſſignare non eſt in optione Epiſcopi.*

9 *Prebenda poſt Concilium primò vacans, ſi non fuit in penitentialem erecta, poteſt optari.*

10 *Canonicatus penitentialis non poteſt optari, nec Penitentiarius poteſt aliam præbendam optare.*

11 *Penitentiarij officij inſtitutio, & electio perſonæ ad ſolum Epiſcopū abſq; conſenſu Capituli pertinet.*

12 *Electio perſonæ Penitentiarij ad ſolum Epiſcopum tunc pertinet quando præbenda non vacat in menſe Apoſt. vel adeſt alia reſeruatio, ſeu affectio.*

13 *Capitulum non poteſt ſe intromittere in electione Penitentiarij, licèt ad ipſum collatio ſpectet.*

14 *Penitentiarij electio, & collatio Sede Epiſcopali vacante neque ad Capitulum, neque ad futurum Epiſcopum, ſed ad Sedem Apoſt. pertinet.*

15 *Collatio præbendæ vnitæ officio Penitentiarij ab eis fieri debet, ad quos antea ſpectabat.*

16 *Penitentiarium deputari debet, qui ſit Magiſter, aut Doctor, ſeu Licentiatus in S. Theologia, vel iure Canonico.*

17 *Gradus Doctoratus non ſufficit ad Penitentiarij officium non facta profeſſione fidei, aut cōtra Academiæ ſtatuta, vel conſuetudines receptus.*

18 *Penitentiarius Canonicus debetur eſſe conſtitutus in ætate 40. annorum, ſeu aliàs quando aptior pro loci qualitate non reperitur.*

19 *Anni 40. requiſiti in Penitētiario debēt eſſe cōpleti.*

20 *Ætatis 40. annorum defectus in Penitentiario non obſtat vbi aliàs aptior pro loci qualitate non reperitur.*

21 *Penitentiarius inſtitutus eo ipſo habet à iure, & à Concilio facultatem audiendi Confeſſiones penitentium illius diœceſis.*

22 *Pœnitentiario quilibet poteſt ſua peccata confiteri, & ſatisfacit præcepto c. omnes vtriuſque ſextus.*

23 *Penitentiarius ſemper paratus exiſtere debet ad audiendas confeſſiones.*

24 *Penitentiarius in manu virgam, ſeu bacbetam ſicut in vrbe non poteſt retinere.*

25 *Abſoluere non poteſt Penitentiarius à caſibus, quos Epiſcopus ſibi expreſſè reſeruauit.*

26 *Penitentiarius non poteſt caſus reſeruatos ſibi ab Epiſcopo commiſſos alteri ſubdelegare.*

27 *Penitentiarius non poteſt ſuam auctoritatem ſubdelegare.*

28 *Penitentiarius pro præſente in choro habendus eſt dum audit confeſſiones in Eccleſia.*

29 *Penitentiarius dum audit confeſſiones, cenſetur etiam præſens proceſſionibus, & exequijs defunctorum.*

30 *Ac etiam orationibus.*

31 *Penitentiarius præſens in choro non cenſetur, ſi confeſſiones extra Eccleſiam etiam infirmorum audiat.*

32 *Penitentiarius antequam præbenda, quæ ſuo officio fuit vnita vacet, non habet locum nec in Capitulo, nec in choro.*

33 *Penitentiarius non tenetur ad maiorem reſidentiam, quàm alij Canonici.*

APoſtolus monet, [a] α *publicè peccantes palam eſſe corripiendos.* Quando igitur ab aliquo publicè, & in multorum conſpectu crimen commiſſum fuerit, vnde alios ſcandalo offenſos, commotoſque fuiſſe non ſit dubitandum, huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam [b] publicè iniungi oportet, vt quos exemplo ſuo ad malos mores prouocauit, ſuæ emendationis teſtimonio ad rectam reuocet vitam. Epiſcopus tamen publicè hoc pœnitentiæ genus in aliud ſecretum poterit commutare, quando ita magis iudicauerit expedire. β *In omnibus etiam * cathedralibus Eccleſiis, vbi id* commodè fieri poterit. Pœnitentiarius aliquis, γ *cum vnione præbendæ*, δ *proximè vacaturæ*, ε *ab Epiſcopo inſtituatur*, ζ *qui Magiſter ſit, vel Doctor*, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, η *& annorum quadraginta*, θ *ſeu aliàs qui aptior pro loci qualitate reperiatur*: ι *qui dum confeſſiones in Eccleſia audiet*, κ *interim præſens in choro cenſeatur.*

a 1 Tim. 5. c. ſed illud. 45. diſt. ca. ſi peccauerit verb ergo 2. q. 1.

b c. pœnitentes, & cap. in capite, cum ſeq. 50. diſt.

1. VIde Medin. *tract. 2. de pœnit quæſt. 40. verſ. alia eſt pœnitentia*, Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 23. lit. B.* Galet. *in margar. caſuum conſcient. verb pœnitentia 5.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 44.* Ægid. de ConincK *de Sacram. tom. 2. diſp. 10. n. 75.* Bellet. *diquiſ. cleric. p. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 13. de publicis pœnitentibus non ordinam.*

2. α *Publicè peccantes palàm eſſe corripiendos.*] Vide Nau. *in man. c. 8. num. 10.* Ægid. de Coninck *d. diſp. 10. num. 74.* Hurtado *de Sacrament. tract. de Pœnit. diſp. 14. diffic. 9. ſtatim in princ.* vbi contra Nauar, tenet Confeſſarium poſſe imponere pœnitentiam publicam, & addit ſermonem eſſe in præſenti decreto de impoſitione pœnitentiæ in foro ſacramentali, & nō in foro exteriori. Poſt publicam pœnitentiam peractam poſſe quem promoueri notant Maiol. *de irregul. lib. 3. cap. 3. poſt num. 2. verſ. & licet*, Mar. Alter. *de cenſur. tom. 2. diſput. 16. de ſuſpenſ. cap. 1. verſ. quartus caſus*. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi par. 2. alleg. 43. numer. 7.*

3. β *In omnibus etiam Cathedralibus, &c.*] Vide Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 1. cap. 19.* Salaz. de Mendoca Canonicum Pœnitentiarium S. Eccleſiæ Toletanæ *in libello de inſtitutione Canonicatus Pœnitentiaris in eadem Eccleſia*, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 34. num. 78. cum multis ſeqq.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 33.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Pænitentiarius*, Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 555. in 1. edit.* aliàs *reſol. 477. in 2. edit.* Nicol. Garc. *de beneſ. part. 5. cap. 4. num. 130. cum multis ſeqq.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 7. cap. 6. num. 27.* Nouar. *in ſingularib. iuris Canon. concl. 17.* nouiſſimè Stephan. VVeyms *in conſtitutiones 24. ex Iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit. 11. num. 23. pag. 102.* Boſſi. *in diſcept. moral. diſcept. 1. num. 51. cum ſeqq.* Cenall. *commun. tom. 4. q. 97. num. 486. cum ſeqq.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 55. & in tract. de Canonicis cap. 26. per totum.* Circa Pœnitentiarij Canonicatus præbendas in Regnis Caſtellæ, & Legionis exiſtentes, nouiſſimè Gregorius XV. *in ſua Conſtit.* incip. *Supremæ diſpoſitionis, ſub dat. Nonis Nouembris* 1622. cuius conſtitutionis ſummam retuli *d. cap. 26. numer. 24.*

* *Cathedralibus Eccleſijs,*] Hoc decretum intelligi tantùm in Cathedralibus, & in alijs Eccleſijs collegiatis locum non habere referunt deciſum Sel. *in ſelectis Canonic. c. 21. num. 3.* & Garc. *d. p. 5. c. 4. num. 113.* 4.

γ *Cum vnione præbendæ.*] Præbendam officio Pœnitentiarij vniendam integram ac canonicalem debere eſſe 5.
refert deciſum Garc. *in addit. add. p. 5. cap. 4. num. 127.* Sel. *d. cap. 21. numer 5.* atteſtans ſic deciſum *in Colimbrien. 31. Martij 1602.* cuius memini *d. cap. 26. num. 2.*

Portio,

6. Portio, quæ ſit in Eccleſia, in præbendam pœnitentialem erigi non poteſt, ſed præbenda canonicalis; at ſi non eſſent præbendæ, ſed fructus omnes in diſtributiones quotidianas conſiſterent, tunc diſtributiones habebuntur pro præbenda, ita refert deciſum Garc. *d. p. 5. cap. 4. num.* 127.

7. ζ *Proximè vacaturæ.*] Canonicatum & præbendam vacantem in menſe Sedi Apoſtol. reſeruato, non comprehendit vnio facta vigore Concilij officio Pœnitentiarij de præbenda proximè vacatura, quia Concil. in hoc decreto non exprimit de Canonicatibus etiam reſeruatis Sedi Apoſt. & quando voluit eos comprehendere, expreſsè dixit, vt patet in ſeminario *ſeſſ. 23. cap. 18. de reformat.* ac in ſimplici vniendo Cathedrali pauperi *c. 15. ſeſſ. 24.* ideo hoc decretum non comprehendit Canonicatum, & præbendam vacantes in menſe reſeruato, quia ſi voluiſſet, expreſſiſſet, quemadmodum alijs in locis fecit, ita referunt deciſum Azeued. *conſil. 7. num. 31. & 32. & conſ. 14. num. 14. & 15.* Salaz. de Mendoça *in d. libello, §. 2.* Garc. *in addit. ad d. p. 5. cap. 4. num.* 127.

8. Pœnitentiario primam præbendam aſſignare non eſt in optione Epiſcopi, licèt ratione curę animarum videatur magis neceſſarius, ſed pro Theologo, propter verba Concil. *ſeſſ. 5. cap. 1. de reform.* verùm ſi magis expediens in aliquo loco particulari fuerit iudicatum, vt priùs de Pœnitentiario prouideatur, habenda eſt confirmatio à Sede Apoſt. ad omnem difficultatem tollendam, ita Sel. *d. cap. 21. num. 5.* vbi refert deciſum *in Ciuitatis Caſtellanæ 17. Nouembris* 1629.

9. Præbenda poſt Concilium primò vacans ſi non fuit in Pœnitentialem erecta, poteſt optari, ſed ſi ante optionem Epiſcopus erexit, erectio præualet, etiamſi poſtea optaretur, ita refert deciſum Garc. *dict. part. 5. cap. 4. numero* 129.

10. Canonicatum pęnitentialem non poſſe optari, neque Pęnitentiarium poſſe aliam præbendam optare cùm videatur ad eam electa induſtria perſonæ, reſoluunt Nauarr. *conſil. 22. de præbend. in antiq.* aliàs *conſil. 15. ſub tit. de rebus Eccleſ. non alienand. in nouis,* Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de præbend. deciſ.* 22. Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Canonicus, pag. 29. col.* 1. Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 34. num. 78. & 79* Monet. *de optim. canonica, cap. 3. quæſt. 5. nu.* 129. Garc. *d. par. 5. cap. 4. à num.* 132. vbi *num.* 134. pariter refert deciſum Pœnitentiarium nec retento, nec dimiſſo officio poſſe optare aliam præbendam, cuius officio fuit perpetuò vnitus vnus Canonicatus, & certa præbenda, refero Ego ipſe *de canon. cap. 26. num.* 23.

11. ε *Ab Epiſcopo inſtituatur.*] Pœnitentiarij officij inſtitutionem, & electionem perſonæ ad ſolum Epiſcopum abſque conſenſu Capituli pertinere reſoluunt Nauarr. *conſil. vnic. in fine, ne Sede vac.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Pœnitentiarius, §. 3.* Flamin. Pariſ. *de confident. quæſt. 45. num.* 17. Garc. *d. part. 5. cap. 4. num.* 138. Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap. 33. num.* 2. Mantic. *deciſ.* 56. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 555. in 1. edit.* aliàs *reſol. 477. num. 1. in 2. edit.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 18. l. 7 de Epiſcopis numer.* 52. Ceuall. *dict. tom. 4. quæſt. 897. numero* 488.

12. Electionem perſonæ Pœnitentiarij ad ſolum Epiſcopum tunc pertinere, quando præbenda non vacat in menſe Apoſt. vel adeſt alia reſeruatio, ſeu affectio, tunc enim ad Papam pertinere ratione reſeruationis, reſoluunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 9. §. 2. à num.* 84. Ceuall. *commun. contra commun. quæſt. 897. num.* 488. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part. 3. alleg. 55. num. 13. & de Canon. cap. 26. num.* 4.

13. Capitulum non poſſe ſe intromittere in electione Pœnitentiarij, licèt ad ipſum collatio ſpectet, quamuis Epiſcopus ſit abſens, ſed ipſum Epiſcopum abſentem poſſe, vbi fuerit, eligere Pœnitentiarium, refert deciſum Garc. *in addit. ad d. part. 5. cap. 4. num.* 143.

14. Pœnitentiarij electionem & collationem Sede Epiſcopali vacante neque ad Capitulum, neque ad futurum Epiſcopum, ſed ad Sedem Apoſtol. pertinere, refert deciſum Garc. *in addit. ad d. part. 5. cap. 4. num.* 150. quem cito *d. cap. 26. num.* 5.

15. Collationem præbendæ vnitæ officio Pœnitentiarij ab eis fieri debere, ad quos antea ſpectabat, referunt deciſum additio ad Nauarr. *d. conſil. vnic. ne Sede vacant.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 9. §. 2. num.* 84. Garc. *d. part. 5. cap. 4. num* 138. Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 477. num.* 2. Ego ipſe *d. allegat. 55. num.* 11. vbi *num.* 12. cum Garc. *in addit. ad d. cap. 4. num.* 143. reſoluo idem in præſentatione, quod in collatione eſſe dicendum, dummodo præſentatio fiat de electo ab Epiſcopo.

16. ζ *Qui Magiſter ſit, vel Doctor,* &c.] Pœnitentiarium deputari debere, qui ſit Magiſter, aut Doctor, ſeu Licentiatus in ſacra Theologia, vel iure Canonico, ex hoc decreto colligit Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. reſol.* 497. Squillante *de priuileg. clericor. cap. 4. num. 69. &* 108. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 4. num. 32. & cap. 7. num.* 49. vbi *num.* 50. ſubdit ad beneficia, ſeu dignitates requirentia gradum, ſufficere eum habere etiam ſine ſcientia competenti, itaut adeptio, ſeu impetratio talis beneficij, ſeu dignitatis in foro Eccleſiæ iudiciali rata, & firma ſit, quod etiam tenet Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 6. quæſt.* 1. Sed ego ipſe *d. tract. de canon. cap. 26. num.* 9. refero *ſub die 20. Martij* 1623. fuiſſe deciſum, officium Pœnitentiæ non eſſe conferendum Doctori, quem dicebatur eſſe valde ignarum.

17. Ad Pœnitentiarij officium non ſufficere gradum, non facta profeſſione fidei, iuxta conſtitut. Pij IV. aut contra Academiæ ſtatuta, vel conſuetudines receptum, tenet Nicol. Garc. *dict. cap. 7. num.* 51. quem refero *dict. allegat. 55. num.* 6.

18. η *Et annorum quadraginta,* &c.] Pœnitentiarium Canonicum debere eſſe conſtitutum in ætate quadraginta annorum, ſeu aliàs, quando aptior pro loci qualitate non reperitur tradunt Gutier. *canon. lib. 1. cap. 26. num.* 40. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 164. in fine.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 7. cap. 6. num.* 27. Garc. *dict. part. 7. cap. 4. numer. 32. &* 33. Nouar. *in ſingul. canon. concluſ.* 17. Ego ipſe *dict. allegat. 55. num. 7. & dict. cap. 26. num.* 10.

19. Et huiuſmodi quadraginta annos debere eſſe completos, tenent Garc. *d. cap. 4. num.* 35. Nouar. *d. concluſ. 17. num.* 2. Ego ipſe *d. alleg. 55 num.* 9.

Contra Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 6. c. 5. q. 6. in fine,* exiſtimantem ſufficere inchoatos.

20. θ *Seu aliàs qui aptior pro loci qualitate reperiatur.*] Defectum ętatis quadraginta annorum in Pœnitentiario non obſtare vbi aliàs aptior pro loci qualitate reperiri non poteſt, & ſufficere quòd non reperiatur in ciuitate, aut etiam diœceſi, perſona apta cum dictis qualitatibus, nec eſſe quęrendam extra diœceſim, argument. *cap. nullus 61. diſt. & cap. ſacrorum 63. diſt.* reſoluunt Salaz. de Mendoça *in dict. libello de inſtitutione Canonicatus Pœnitentiariæ, §.* 3. Squillante *de priuileg. clericor. cap. 4. num.* 70. Nouar. *d. concl. 17. num.* 4. Garc. *d. cap. 4. num.* 33. vbi *num.* 34. tenet quòd ſi in diœceſi non reperiatur talis perſona apta, & Epiſcopus velit eum eligere extra diœceſim, non poterit eligere niſi habentem dictas qualitates, ſi talis ibi reperiri poteſt commodè.

21. ι *Qui dum Confeſſiones in Eccleſia audiet.*] Pœnitentiarium inſtitutum eo ipſo habere à iure, & à Concilio facultatem audiendi Confeſſiones pœnitentium illius diœceſis, & iuriſdictionem ad abſoluendum à peccatis, & eſſe veluti Parochum totius diœceſis, nec requiri nouam licentiam Ordinarij, tradunt Nauarr. *conſ. 20. de Pœnitent. in nouis,* Lęl. Zech. *de republ. Eccleſ. cap. 24. de Capitulo, & Canon. ſub num.* 16. Salaz. de Mendoça *in d. libello, §.* 5. Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap. 33. num. 2. &* 3. Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 477. num.* 5. Ego ipſe *d. allegat. 55. num. 19. & d. cap. 26. num.* 12.

22. Quemlibet poſſe Pœnitentiario ſua peccata confiteri, & ſatisfacere pręcepto. *cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnitent. & remiſſ.* reſoluunt Aloyſ. Ricc. *loco proximè citato,* Garc. *d. part. 5. cap. 4. num.* 113. Ego ipſe *d. alleg. 55. num. 20. & d. cap. 26. num.* 13.

23. Pœnitentiarium ſemper paratum exiſtere debere ad audiendas Confeſſiones, minimeque poſſe pœnitentes recuſare, & ſi recuſauerit, ab Epiſcopo puniri & priuari poſſe, tenent Salaz. de Mendoça *in d. libello, §. 5.* Garc. *d.*

part. 5.

*part.5. cap.4.num.*118.Aloyſ.Ricc. *d.reſol.*477.*nu.*6. Campan.*in diuerſ.iuris canon rub.*7.*cap.*6.*num.*27. Ego ipſe *d.alleg.*55. *num.*26.*&* *d.cap.*26. *num.*14.

24. Et teneri horis opportunis, loco, & ſede Epiſcopi, ad quem hoc pertinet arbitratu, peccata confiteri volentibus ſui copiam facere, in manu tamen virgam, ſeu bachettam, ſicut in Vrbe, non retinere, præcipuè in locis, vbi non eſt in vſu, deciſum atteſtantur Vgolin. *d. cap.*33. *num.*6.Garc.*d part.*5.*cap.*4.*num.*117. Ego ipſe *d.allegat.*55. *num.*28.*&* 29.*&* *d.cap.*26. *num.*15.

25. Abſoluere non poſſe Pœnitentiarium à caſibus, quos Epiſcopus ſibi expreſsè reſeruauit, niſi ipſemet Epiſcopus hanc illi ſpeciatim dederit auctoritatem, reſoluunt Nauarr. *conſil.*20.*ſub tit.de penitent.& remiſſ. in nouis*, deeſt in antiq. Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod.tit. deciſ.*44. Henriq. *conſ.*62.*num.*7 *& ſeqq.*Vgolin. *d.cap.*33.*num.*3. Aloyſ.Ricc. *in praxi rerum Eccleſ.deciſ.*571.*in* 1.*edit.* aliàs *reſol.*492.*num.* 2.*in* 2.*edit.& in praxi aurea, reſol.*179.*in fine*,Garc. *d part.*5. *cap.*4.*num.*115.Gauant.*in manuali verb.Penitentiarius num*, 22. Rota *in Neapolitana Penitentiaria* 5. *Iunij* 1637. *coram R.P.D. Merlino*,Ego ipſe *d.allegat.*55.*num.*23.*& dict.cap.*26. *num.* 16.

Contra Chapeauil. *de caſibus reſeruat. cap.*3. *q.*1. *differ.*2. Mendoz. *in d.libello*.§.5.Piaſec. *in praxi Epiſcop.part.*2.*cap.* 1.*num.*16. exiſtimantes ipſum Pœnitentiarium ſi ſuę prębendę fuerit annexum Pœnitentiarię officium,poſſe abſoluere abſque alia facultate ab omnibus caſibus Epiſcopo reſeruatis.

26. Non poſſe caſus reſeruatos ſibi ab Epiſcopo commiſſos alteri ſubdelegare, niſi habuerit expreſſam ad hoc Epiſcopi poteſtatem, tenent Ioan.Valer. *de different. inter vtrumque forum,verb.iuriſdictio different.*2.*num.*3.Garc. *in addit.ad d.part.*5.*cap.*4. *num.*112. quem refero *d.alleg.*55. *num.* 24.

27. Nec ſuam auctoritatem poſſe delegare reſoluit Aloyſ. Ricc.*in praxi aurea,reſolut.*179.Ioan.Valer.*vbi ſupra*,Boſſi. *in diſcept.mor.diſcept.*1.*num.*57. Ego ipſe *d.alleg.*55.*num.*22. *& d. cap.*26. *num.*18. vbi refero ita cenſuiſſe S. Congreg. Epiſcop.& Regul.*in Regien.*2. *Octobris* 1584.

28. *x Interim præſens in choro cenſeatur.*] Pœnitentiarium pro preſente in choro habendum eſſe dum audit confeſſiones in Eccleſia, ſiue in Confeſſionario, ſiue extra, non tamen pro tempore, quo reſidet in Confeſſionario, nec audit confeſſiones, alijs in choro diuina celebrantibus, nec item ſi dixerit Miſſam, aut ſi priuatim Officium dicat, etiam vt opportunius confeſſiones audiat, cenſendum eſſe præſentem in choro, aſſerunt Salaz. de Mendoça *in dict.libello*, §.6. Monet. *de diſtribut. quotid. part.*2. *quæſt.* 11. *num.*64. *cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *dict. reſolut.*477. *num.*6.*& in deciſ.curiæ Archiep Neapol.p.*4.*deciſ.*115.Vgolin. *d.cap.*32.*num.*5. Campan. *d.num.*27. Garc. *d.part.*5. *cap.*4. *num.*124. *& ſeq.* Ego ipſe *d.allegat.*55. *num.*30. *et d.cap.*26. *num.* 20.

Pœnitentiarius non ſolùm cenſetur præſens in choro quando Confeſſiones audit, ſed etiam cenſetur præſens proceſſionibus, & exequijs defunctorum, quæ eo tempore fiunt, quo ipſe audit Confeſſiones, ſed non ſufficit quòd ſit in Confeſſionario, niſi realiter ipſe Confeſſiones audiat, refert deciſum Garc. *dict. part.*5. *cap.*4. *numero* 125. 29.

Pœnitentiarius, dum Confeſſiones audit in Eccleſia, cenſetur præſens & proceſſionibus, & orationibus, refert deciſum idem Garc. *in addit. ad dict. part.* 5. *cap.* 4. *num.*125. 30.

Pœnitentiarium præſentem in choro non cenſeri, ſi confeſſiones extra Eccleſiam etiam infirmorum audiat, reſóluit Garc. *in addit. ad d. part.*5. *cap.*4. *num.*125. *in fine*, quem refero *d alleg.*55. *num.*32. 31.

Pœnitentiarium, antequam prębenda, quæ ſuo officio fuit vnita, vacet, non habere locum nec in Capitulo, nec in choro, nec poſſe diſtributiones quotidianas percipere, ſed poſtquam vacauerit, & eam adeptus fuerit, debere ſedere in loco ſui canonicatus, atteſtatur reſolutum Garc.*in addit.ad d.part.*5.*cap.*4.*num.*111. vbi etiam pariter deciſum aſſerit Pœnitentiarium ab Epiſcopo ad præſcriptum Concilij inſtitutum, & deputatum cum vnione præbendæ proximè vacaturæ, teneri officium exercere, & inſeruire Pœnitentiariæ, ac Parochialem, quam obtinet, dimittere etiam ante vacationem præbendæ. 32.

Ad maiorem reſidentiam quam alios Canonicos non teneri Pœnitentiarios, dummodo non abſint tempore, quo frequentiùs pœnitentes accedunt, & diebus feſtis ſolemnibus, veluti tempore ieiuniorum, Quadrageſimæ, Aduentus, Quatuor temporum, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, Aſſumptionis B.Virginis, Natiuitatis Domini, & omnium Sanctorum, referunt deciſum Salaz. de Mendoça *in dict. libello* §.7. Vgolin. *dict. capitulo* 33. *numer.* 6. Garc. *dict. part.*5. *cap.*4. *numer.*122. Garc. *d.alleg.*55. *num.* 33. *et dict. cap.*26. *num.* 19. 33.

Eccleſiæ ſeculares, quæ nullius ſunt diœceſis, ab Epiſcopo viciniori viſitentur, aut alio qui hic ponitur modo.

CAPVT IX.

1 *Eccleſiæ ſeculares nullius diœceſis quantuncunque exemptæ, & Sedi Apoſtol. immediatè ſubiectæ, earumque Prælatus ſecularis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habens poſſunt ab Epiſcopo, cuius Cathedralis Eccleſia eſt proximior, viſitari.*

2 *Viſitationem vicinioris Epiſcopi non poſſunt effugere Eccleſiæ ſeculares nullius diœceſis.*

3 *Locus nullius diœceſis ſi ſit in aliqua diœceſi, viſitatio ſpectat ad Ordinarium in cuius diœceſi eſt locus nullius.*

4 *Vicinior Epiſcopus poteſt viſitare beneficia ſecularia, & clericos ſeculares Abbatiæ nullius diœceſis.*

5 *Collegiati nullius diœceſis viſitari debent à viciniori Epiſcopo.*

6 *Epiſcopus legitimè impeditus poteſt ex facultate ſibi tradita in hoc decreto Eccleſias, quæ nullius ſunt diœceſis, per ſuum Vicarium generalem viſitare.*

7 *Vicarius Capituli Sede vacante non gaudet hac facultate.*

8 *Epiſcopus proximior, qui poteſt viſitare Eccleſiam Parochialem nullius diœceſis, habet facultatem emendandi, corrigendi, & puniendi.*

QVæ aliàs ſub fel. rec. Paulo III. [a] & nuper ſub Beatiſſimo Domino noſtro Pio IV. in hoc eodem Concilio de adhibenda ab Ordinarijs diligentia in beneficiorum, *α etiam exemptorum, viſitatione* conſtituta ſunt, eadem etiam in ijs Eccleſijs ſæcularibus obſeruentur, quæ in nullius diœceſi eſſe dicuntur, *β vt ab Epiſcopo*, cuius cathedralis Eccleſia eſt proximior, ſi id conſtet, alioquin ab eo qui ſemel in Concilio prouinciali à Prælato loci illius electus fuerit, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato *γ viſitentur*, *δ non obſtantibus priuilegijs ε & conſuetudinibus* quibuſcumque, etiam immemorabilibus.

[a] Supr. ſeſſ. 9. de refor. c.4. & ſeſſ.7. de reformat. c.8.& ſeſſ.21. de refor.c.8.

Vide

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN